Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26214
Copyright: Admont, Benediktinerstift



primos huius populi pauperes electos uidelicet predicatores uisa ei
morte peculit. s; resurrectio ostensa preparauit. Saluato quippe
pauperes spem egenus recepit. qua resurgente in carne dno.
fidelis quisq; ad eternae uitae fiducia eualuescit. S; ecce iam
in manifesta ostensione ueritas uenit. iam carnis mortem p
tulit eaq; resurgendo destruit. iam resurrectionem gloriae ascen
sionis honorauit. et tamen hebreae lingua adhuc eum contu
meliis lacessire non desinit. Quos nimirum equanimiter tolerat
ut alios tolerando conuertat. atq; alios minime conuersos quan
doq; districti feriat. Te enim lingua infidelium ab effrenatio
ne suae loquacitatis obmutescit. cum uenit cum iustum iudicem
uidit. quem nec iniuste iudicauit. Unde bene subditur:
Iniquitas autem contrahit os suum. Os enim suum nunc iniqui
tas adhuc dilatat. qua humani generis redemptorem lingua infidelium
contumeliis lacessire nequaquam cessat. s; tunc os contrahit. cum
hoc qua non uult per studium per supplicium claudit. Quod tamen bene
accipi etiam de conuersis persecutoribus potest. Saluato enim paupe.
dum egenus ad spem redit. contracto ore iniquitas obmu
tescit. qua resurrectionis eius clarescente miraculo. dum copiosa
multitudo fidelium credidit. a redemptoris sui iniuriis
contumeliisq; cessauit. Os enim suum quod dum deridendo aperit.
iam formidando contrahit. Libet haec moraliter post posita
iudaeae significatione transcurrere. atq; apertius generaliter quam
agantur indagare. Iniquae quippe hominum mentes cum quae sa
a parentis bene gesta respiciunt. in cordis tuoris sui eculeo
torquentur. et quae malitiae suae poenam sustinent. cum bona
in aliis tabescentes uident. Recte itaq; dicitur per diem incurrunt
tenebras. et mens eorum cum de aliena meliorationem affligitur.